Universitat de Girona
Biblioteca

1286, octubre, 13

Berenguera, filla de Guillem de Forn de Santa· Pellaia, defineix a Ermengarda de Vilanova, infermera de Sant Daniel, el mas Abadenques de Palol d'Onyar, per haver casat amb un home que no pot esdevenir persona pròpia del referit monestir.

ASD núm. 267, perg. orig., 150 x 185 mm.

Sit omnibus notum quod ego Berengaria, filia condam Guilielmi de Fumo de Sancta Pelagia, recognosco uobis Ermeniardi de Uillanoua, infirmarie Sancti Danielis, quod uos mihi stabilistis mansum uestrum de Abadenchis de Sancto Satumino de Palaciolo qui condam fuit Iohannis de Abadenchis, sub condicione quod illum conrezarem et ibi residenciam facerem cum uiro cui nuberem, qui inde uester eueniret, et quod haberetis inde personas; unde cum nupserim uiro alterius domini qui non potest uester eueniri(sic) nec possit dictum mansum conrezare, ideo non ui inducta nec dolo uel blandiciis circumuenta set gratis et ex certa sciencia per me et meos reddo, diffinio penitus et remito uobis et quibus uolueritis in eternum predictum mansum cum omnibus suis honoribus, possessionibus et pertinenciis et melioramentis et cum aliïs que uos mihi concessistis simul cum dicto manso ad omnes uestras et succedencium uestrarum et quorum uolueritis uoluntates omni tempore faciendas, sine aliquo retentu quem ibi uel inde in aliquo non facio, renuncians excepcioni doli et metus et omni alii iuri contra hoc in aliquo repugnanti; et si carta quam de predictis mihi fecistis de cetero apparet, rumpatur et nullius sit ualoris, iurans sponte per Deum et sancta .mi. Dei Euangelia corporaliter tacta hec semper habere firma et contra in aliquo non uenire.

Actum est hoc .m. idus octobris anno Domini .MCCLXXX. sexto.

Sig+num Berengarie predicte qui hoc firmo et laudo. Testes sunt Iohannes de Biania, Petrus Marchoni, clerici, et Berengarius Mireti, clericus.

Eg(s. man.)o Bisullunus Burgesii, terrens locum Raimundí de Toylano, publici Gerunde notario, hoc scripsi et clausi, cum suprascripto in .nn. linea, ubi dicitur "inde".

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 560-561

© Josep M. Marquès, 1997